

Dissertatio inauguralis medica sistens disquisitionem cur in phthisi consummata interdum tussis nulla sit ... / [Georg Friedrich Faber].

Contributors

Faber, Georg Friedrich.
Juncker, Johann, 1679-1759.
Universität Halle-Wittenberg.

Publication/Creation

Halae Magdeburgicae : Typis Joannis Christiani Hilligeri, [1744]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/rwvud4gg>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
SISTENS

DISQVIGATIONEM

CVR IN PHTHISI
CONSVMMATA INTER-
DVM TVSSIS NVLLA SIT.

QVAM
PRAESIDE

DN. JOANNE JVNCKERO

MEDICINAE DOCTORE EIVSDEMQUE PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO

DOMINO PATRONO PRAECEPTORE AC PROMOTORE SVO
OMNI HONORIS CVLTV PER AETATEM
PROSEQVENDO

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQUE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS

HORIS LOCOQUE CONSVETIS

ANNO MD CCXLIV. D. MARTII.

PVBLICAE ERVDITORVM VENTILATIONI SVBMITTIT

AVCTOR RESPONDENS

GEORGIVS FRIDERICVS FABER

STUTTGDIA - WÜRTEMBERGENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

Typis IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

DISSERTATIO IN PRAECIPUIS MEDICIS

ARTIBUS

DISPOSITIONEM

CUR IN PHTHISI

CONSUMMATATA INTER
DUMTAXATVS INVALSIT.

QVAM

PRAESIDE

DR. JOHANNI JUNKERO

MEDICINAE DOCTORE PVDENDO PROFESSORE
PVBLCO ORDINARIO

DOMINO PATRONO PRAECEPTORE AC PROMOTORE SVO
OMNI HONORIS CAUSA PER VETATEM
PRAESQVENDO

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME MERITANDIS

HORTIS LOCQVE CONSVLTIS

ANNO MDCCXIV. D. MARTII

LIBRARIE ERUDITIONVM VENTILATIONE SVMMISSE

AVCTOR RESPONDENS

GEORGIVS FRIDERICVS FABER

STVTTINGAE IN WERTHEMBERGIA

HALAE MAGDEBVRGICAE

Typis Iovinis Christiani Hülsmanni, Acad. Typogr.

VIRO
EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO, ATQVE
EXPERIENTISSIMO
DOMINO
THEOPHILO FRIDERICO
FABRO,

MEDICINAE DOCTORI CONSUMMATISSIMO, SE-
RENISSIMAE DOMVS WÜRTEMBERGICAE ARCHIA-
TRO, ET NEOSTADIENSIVM PARITER AC VINIMONTANO-
RVM PHYSICO ORDINARIO PER COMPLVRES
ANNOS CELEBERRIMO,

PATRONO, FAVTORI, ATQVE COGNATO,
OMNI QVA PAR EST, OBSERVANTIA PIE
COLENDO

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM
MEDICAM

IN GRATIAE SVAE MENTIS OB BENEFICIA
ACCEPTA SYMBOLVM SIGNIFICANDVM
ET VLTERIOREM

SVI SVORVMQVE STVDIORVM COMMENDATIONEM
OFFERT, DICAT ET CONSECRAT

AVCTOR.

AVCTOR.



PROOEMIUM.



Errifici Illius & scandalosi in aegro-
rum republica mali, *phthiseos*, pu-
ta, imminentis, incipientis, confir-
matae, & consummatae pathogno-
monicum, ordinarium ac inseparabile fere *sym-
ptoma* tussis est : Quare non solum plebs scio-
la, sed & prudentiores, nescio quo spiritu fati-
dico ducti in Titio & Titia tussientibus, phthi-
sin saepe ibi inculpent, ubi simplex tantum tus-
sis deprehenditur ; quæ mendax interim præ-
dictio terrorem interdum fere panicum men-
tibus jamjam suspicabundis incutere solet. Li-
cet autem tussis illa sit individua *phthiseos* co-
mes, dantur tamen *casus*, licet rariores, immo
rarissimi, ubi *sine tussi* phthisis occurrit. Sicuti
vero maxime consuetorum, solemniū, fami-

liarium phaenomenorum absentia, & rariorum, vel plane novorum praesentia animos in contemplationes abripit, causas illorum curatius perscrutandi; ita rarum hocce phaenomenon in specimen disputatoriae exercitationis Academicæ assumere, idque eruditorum disquisitioni, modestæque eorum censuræ submittere fructuosum judicavi. Almus & juvenis generis humani Parens, & naturæ microcosmicæ Auctor, Stator & Vindex conatus hosce clementissime secundet.

§. I.

IN phthisium & tussium pathologia varia quidem occurrunt momenta notatu satis digna, quorum tamen recensione impraesentiarum supersedeo, ea tantummodo seligendo, quae primario dissertationis praesentis momento facem praelucent.

§. II.

Phthisis est totius corporis extenuatio ab exulceratione pulmonum producta, & progrediente malo cum febre complicata. Sive: Est ulcerosus pulmonum adfectus, a stasi sanguinis ibidem collecta & in corruptionem deducta, oriundus, atque corporis extenuatione maxime conspicuus.

§. III.

Ratione differentiae notamus, quod practicis usitatum

tatum est, *tres* phthiseos *gradus* constituere, & secundum hos vel *incipientem*, vel *inueteratam*, vel denique *consummatam* adpellare.

§. IV.

Pulmones sunt nobilissimum corporis viscus, quod pluribus vsibus microcosmicis dicatum est. Præcipue sanguinis in circulum ducendi organum existit. Nam ne guttula quidem arteriosi sanguinis ad partes amandatur, quæ non prius pulmones tranaverit, omnisue totius corporis latex, quo tempore distributus per omnes partes semel cursum suum circularem absolvit, eo tempore totus semel transit per solos pulmones. Non solum autem progressui sanguinis inferuit, sed & primarium sanguificationis organum est; sicut enim valide chylus in canalibus conicis, cylindricis arteriæ pulmonalis premitur: ita summa fit permixtio omnium humorum, & recentium, & inquilinorum. Insuper respirationis organum sunt, & consequenter organum vitæ conservandæ absolute necessarium.

§. V.

Sed dolenda sunt pulmonum fata. Miraculo simile videtur trium partium tam facilis ad corruptionem aptitudo, sanguinis nimirum, cerebri & pulmonum teste STAHLIO, *Diff. de Phthisi* p.28. Dolenda, inquam sunt, pulmonum fata, quod ob substantiæ levitatem, subtilitatem morborum furiis tam facile, imo facillime pateant, qui illos officio exuunt, quos inter edax pulmonum morbus, phthisis primicerium ducit.

§. VI.

Ante omnia materialis in phthisi noxa visenda venit, quæ est *pulmonum exulceratio*. Hæc cum omni effectuum exinde nascentium firmate ex uno scaturit fonte, nimirum *circulatione sanguinis* per pulmonum parenchyma *retardata, impedita, atque intercepta*.

§. VII.

In genere *genesis* hujus mali hæc est: si pro varietate causarum sanguis ad hoc nobilissimum viscus adpellitur, & copia plus justo majori vasis illius arteriosis accumulatus, quam venæ recipere & reddere valent, fit, ut rami, præsertim tenuiores distendantur, & in varicosam atque anevrismaticam turgescientiam excrescant, sanguis dein progredi nescius, & propter difficultatem percurrendi, & sub evacuationis propositæ defectu subsistit, stagnat, ad stasim inflammatoriam tendit; porro crasi solvitur, & principia illius nunc solitaria corrumpuntur, & mora qualitates rodendi, excrescendi induunt; dehinc transitus fit in varios heteroclitos, funestos, ferales effectus, ut pulmonum fiderationem, tabem, putredinem, consumptionem, exsiccationem, indurationem, ulcus, abscessum, apostema, vomicam, scirrhum, tophaceam, calcaream, gypsosam materiam, lapidosas concretiones, &c. cadaverum phthisi extinctorum, & sectioni submissorum fide.

§. IIX.

Nunc in specie status pulmonum in unoquoque phthiseos *gradu* diversus cum symptomatum syndrome perlustrandus est.

§. IX.

§. IX.

Quemadmodum in phthisi *imminente* simplex adhuc pectoris oppletio, aut stagnatoria humorum congestio peccat: ita illius signum tussicula levis est, quæ tamen solitarie sumpta signum phthiseos imminantis diagnosticum vix ac ne vix quidem præbet, sed alia, quæ præcedunt, signa conjungantur necesse est, e. g. hæreditaria dispositio, ætas, morbi prægressi, ut pleuritis, peripneumonia, tumores anginodei suppurescentes, variolæ, febres suppressæ, metastasis materiæ rheumatico-arthritisicæ, in feminis mensium, lochiorum suppressio, in viris subsistens, præpostere cohibitum hæmorrhoidum stillicidium, infecuta sanguinis ad pulmones anadrome, violentæ pulmonum læsiones, mala pectoris conformatio, vaporum mineralium, calcis vivæ inspiratio, tussis diuturnitas, nimia in infantibus circa medium ventrem fasciarum circumvolutio, nimia pectoris in feminis a thoracibus facta constrictio, formæ studio, ut junceæ maneant, & quæ sunt alia.

§. X.

In phthisi *incipiente* status pulmonum consistit in *ulcerosa tantum dispositione*; quippe distinguendum inter *ulcerosum* & *ulceratum*, inter ulcerosam dispositionem & veram ulcerationem; hinc materia tenax, viscida, mucida sanguinis portio in vasis hæret, quæ materia lentescens, fugatis partibus fluidioribus, in scirrroso-mucidam, scirrhosam, ex hac in calcaream consistentiam, duritiem, nodos, tophos, &c. abit, conf.

§. VII.

§. XI.

§. XI.

Incipientis deinde phthiseos statum sequens *symptomatum syndrome* absolvit. Incipit cum appetitus prostratione, frigidorum tantum cupidine manente; pectus est angustum & strictum, vexat tussis titillans, excaecatis enim, ut CICERONIS Medicorum, CELSI, verbis utar, lymphæ itineribus, latex serofus, emunctoriis sibi propriis seclusus, in sanguine remanet, & per vias insolitas excernitur, hinc ex glandulis trachealibus, bronchialibus, imbribus continuis depluit, & ad tussim talem titillantem naturam excitat. Calor mitis est, indolens, aequalis, in primis tamen post prandium in volis manuum se exserit; respiratio læditur; vox est sibilans, & quasi per arundinem sonus exauditur. Sputum ejicitur copiosum, crassum, quandoque flavescens, pellucidum, striis sanguineis aliquando tinctum, puris æmulum, caeruleum, cineritium, falsum, acidum, subdulce. Hujus diversicoloris sputi ratio quaerenda in salium diversæ pro sapia admistione. Adfligunt porro sudores nocturni, sentiunt aegri corporis extenuationem cum calore & frigore leviusculo alternantibus. Urina frequenter sanorum similis, lixivialis, suavem interdum, ut in iis, qui terebinthinata ingesserunt, odorem spirans, progressu temporis oleaginosa; interdum sedimentum copiosum, farinaceum, album, sæpius flavum, subrubrum vel lateritium in fundo vrinalis conspicitur. Pulsus variat, modo debilis & parvus, modo inæqualis observatur; interscena ludunt diarrhœæ, tormina ventris, &c.

§. XII.

In phthisi confirmata status pulmonum sequens est: Causae morbificae uti sui multiplicativæ sint, & moræ impatientes semper in pejus ruant, usque dum serius ocys vitæ misellæ finem imponant: ita ulcerosa pulmonum dispositio haud otiosa, serpendo, altius radices agit, & in ulcus consummatum, vel in alium deleterium effectum, horam decretoriam accersentem, (vid. §. VII. sub fin.) prorumpit.

§. XIII.

Eadem in hoc pulmonum statu urgent *symptomata*, sed multo graviora, *novis* insuper succedentibus. Sentit æger febris hecticæ exacerbationem, rubor fixus genas occupat; sputum frequenter aluminis vel vitrioli martis, vel putridorum piscium interdum saporem refert, purulentum est, & in ignem injectum gravi odore nares ferit, in aquam vero immissum de- ciduum fit. Id inter alios CELSVS L. 3. c. 22. confirmat: *quicquid*, inquit, *excreatum est, si in ignem impositum est, mali odoris est.* Itaque qui de morbo dubitant, hac nota utuntur. Est quidem pathognosticum phthiæ confirmatæ signum, sed non unicum. Dantur quidem Medicorum nonnulli, qui, ut *Protophthisin* ex unica *Apellem* linea, ex hoc sputo indubitato phthisin colligunt; sed datur phthisis ad ἀκμὴν deducta sine tali sputo, nempe in iis, quibus ulcus bronchiorum citra sanguinis concursum adhuc perstitit. Inter symptomatum turmam porro sunt sudores effusi, diarrhœæ immanes, raucitas, ut loquela vix perceptibilis, quales casus in BONETO prostant, ut: *Vox*

obscura ob pulmones scirrhusos, sepulchr. Anat. T.I. L. Is Sect. XXII. Obs. 4. Vox deficiens ob pulmonum vomitum, ib. obs. 13. Vox impedita ob variam pulmonum laesionem, ib. Sect. XXIII. obs. 17. Adhuc porro humeri alati, dolores continui versatiles, somnus reficiens nullus; ficitas oris cum saliva viscosa: Linguae ficitas in quodam, cui pulmones circa dorsum corrupti reperti sunt, ibid. Sect. XXIV. obs. 23. Linguae ficitas & rubor a parte sinistra pulmonum tabida, ibid. Sect. XXI. Obs. 22. Linguae nigredo: Linguae nigredo a pulmonibus retorridis, ib. obs. 19. Ex observatione SYDENHAMII hoc morbo propemodum confectos febris intermittens anomala invadit, quosdam semel tantum alios bis vel ter 24. horarum spatio, cum horrore & pruritu inter scapulas saepe incipiens, post totum convellitur corpus, per horam unam vel alteram tremulum permanens. Quidam licet strigosi appetitu satis laudabili gaudent, imo βελίμω quasi laborare videntur, indies crescente aegri intabescencia; sic phthisicum voracissimum commemorat HAGEN-DORN. cent. 1. hist. 86. p. 124. dolor circa os sternum & dorsum. Accedit tandem tanta animi sensibilitas, impatientia, morositas, ut omnia crimen habeant; etenim ex levi qualibet occasione irascendi ansam capiunt, vixque alloquium vel adspectum alterius tranquille ferre possant.

§. XIV.

In statu *deplorato, consummato* agmen symptomatum ducit universalis corporis consumptio, ita, ut genarum rubor nunc in colorem lividum, cadaverosum

Sistens disquisitionem cur in phthisi consummata &c. II

sum mutetur, lumina concava sint, nares acuminatae, tempora collapsa, cartilaginis thyroideae, pomi Adami dictae, prominentia maxima, sive *facies* sic dicta *Hippocratica*, ossa interdum præ macie crepitent, & toti ossei nervis & tendinibus compacti quidam videantur, larvalem habitum circumferant, & nosocomia vix sceleton magis visui exhibere possint; sub quo statu gutturis dolore lancinante, laborant cum deglutionis impedimento stipato: porro adsunt capillorum casus, vngium incurvatio, diarrhoeae & sudores colliquantes, præcordiorum tumores, pedum oedemata, sputum vere purulentum, & quæ sunt alia signa mortis praenuncia.

§. XV.

His praevisis ad *tussium pathologiam* progressum facio, ea iterum tantum commemoraturus, quæ principis dissertationis meae momenti probationem ingrediuntur.

§. XVI.

Tussis est exspiratio vehemens & sonora, cum partium musculosarum exspirationi potissimum destinatarum, thoracis, laryngis, lumbarium & abdominis motu spastico facta, quo motu discussorio & elisorio principium vitale materiam aliquam molestantem evacuare intendit. Vid. Ill. Dn. Praef. Consp. Pract. Tab. XXXI. de Tussi, p. 266.

§. XVII.

In primis hic mihi *salutaris* tussis *effectus* probandus venit. Tussis actum absolvit primo praevia copiosior aeris in pulmones inspiratio. Sub hac co-

piofiori aeris in pulmones admissione vesiculæ plicatiles inflantur, & in majorem orbicularem amplitudinem coguntur. Et cum arteria pulmonalis ultimis suis ramificatiunculis vesicularum superficiem reticulari opere coronet, illæ sub hac inflatione distenduntur, rami majores in majores angulos affurgunt, pulmonumque latera valide premuntur. Sub hac itaque mutata pulmonum & vesicularum figura sanguis in pulmonibus tam profluus quam refluus citatius, intensius commovetur, protruditur, & ob majorem particularum adfrictum atteritur, quaquaversum distribuitur, attenuatur, subtilior, permeabilior redditur, vbi haeret, in motum cietur, vbi diverticula sibi quaesivit, iisdem exturbatur. Hanc copiosiore aeris inspirationem immediate sequitur aeris prius hausti vehemens & sonora explosio, efflatio. Hic motus est motus succussorius, compressorius, discussorius, elisorius, quo totum corpus pneumonicum adficitur, agitur, motitur. Quid aliter hinc fieri potest, quam ut hi duo motus reciprocando, utiles, & salutes existant.

§. XIIX.

Comprobatur id etiam ex variis *aliis morbis*, in quibus Natura salutari effectu per tussim materiae morbosae exterminationem molitur v.g. vernali & autumnali maxime tempore sub catarrhis ingens copia feri falsi, materiae falso-mucidae, viscidae tussi rejicitur, cum notabili sanitatis allevamento; regnantibus ventis praesertim septentrionalibus materia perspirabilis SANCTORIANA turbata, suppressa, intus acta, ad glan-

glandulosa faucium loca relegata, tussi salutariter educitur; in retrogradis morbis, ubi materia retro-acta ad praecordia, ipsorumque confinia delata partes ibidem fatigat, per tussim saepe ferinam corpore pro-scribitur; cum porro in senibus ob meatuum cuta-neorum angustiam, pororum strictionem, difficilem sudationem, languidum excretionum successum, feri excrementum salino sulphureum per subcutaneum cri-brum non satis expurgetur, tusses valde humidas ex-periuntur, quibus corpus ab ejusmodi materia resti-tante liberatur; si statarum & solemniū excretionum per narium hæmorrhagias, hæmorrhoides, menses successus non respondet, vicarias, & subsidiarias per tusses convulsivas & violentas, natura excretionem susci-pit. Quum porro plus alimenti ingerat homo, plus feri & sanguinis in venis alat, quam commode ferre potest Natura, hinc ordinariis superfluum humo-rum ad conservandum fluidorum & solidorum æqui-librium, excretionibus non sufficientibus, extraordi-nariis subinde excernendi modis superfluitatum one-re se levat, quos inter est serosorum, seroso-mucido-rum, & aliorum massam sanguineam collutulantium humorum, mediante tussi, sanitatis certe! bono, ex-cretio. Reliquias variolarum & morbillorum pulmo-nibus in primis infestas, & excretioni interdum satis refractarias tussi salutariter evacuat. Tussis salutari-tas porro extussi periodica comprobatur; quando jam emanet, nec alia evacuatio sive a Natura, sive ab arte substituitur, varios incommodos habet successores v. g. adpetitus, & digestionis vitia, catarrhos suffocati-

vos, paralyticos adfectus. Vid. Dn. PRÆS. *Consp. Pract. Tab. XXXI. p. 270.* Taceo alia

§. XIX.

Et sic etiam *finalem* tussis in phthisi *respectum* habet, per *princ. medic. organ.* Dein ille probatur per instrumentorum & motuum ad praefixum finem obtinendum aptitudinem. Sic enim natura per reciprocos hosce exspiratorios ^{concusus} materiam hostilem resolvit, stases discutit; si vero spes consequendi finis decollat, spissescences tamen moleculas attritu abluit, abradit, & si e mixtione emerferunt, ne mora iterum nocivae evadant, lege auctioris circulationis abripit, ulcero-
samque materiam hac ratione abstergit, & emovet. Cum praeterea in pulmonum laesionibus inflammatorio-putredinosae corruptionis periculum immineat, natura horum motuum apparatu impedit, quo minus majora & graviora mala aegrum misellum expectent. Et licet sub eodem motuum usu, necessitate consequentiae, varia aegri persentiscant incommoda, consilii tamen est, leviora perferre, quam otiosae expectationis damnum totius partis, immo corporis ruinam comprobare velle.

§. XX.

Haud quidem inficias eundum, quod fontici effectus tussim saepe sequantur. Sic enim ex systemate causarum constat, quod tussis vehemens, frequens & valida haemoptysin efficiat, febrem accendat, venas in pectore rumpat, pueris hernias, gravidis abortum, in viris phthysin producat; tussis diuturna pulmonum concussione eos adeo debilitat, ut phthisis tandem sub-
ingressa

ingressa fuerit, SYDENHAM. Pulmones a natiuitate debiles a repetitis tussiendo conatibus magis debilitantur; pulmones tussi irritati ita conquassantur motu violento ac continuo, ut non raro via sternatur ad tabem, SYDENHAM. Vires depascitur, somnum fugat, & ventriculum ad vomitum sollicitat: sic rupturam vasis in pulmonibus ex tussi memorat LANGIVS *Epist.* 31. Tussis, si habitualis facta, pertinacissima, & periculum subest, ne tandem erosionem pulmonum inducat, JVNCK. *Consp. Pract. Tab. XXXI. de Tussi p.* 270.

§. XXI.

Licet vero citati finistri effectus sæpe tussim presso pede soleant concomitari, attamen finalem illius respectum haud tollunt. Hi enim consecutive tantum superveniunt; quando nimirum natura hostem a cervicibus suis depellere intendit, fieri potest, ut sub crebris tussiendo conatibus, sub hoc connisu, sub hisce motibus, finali saltem respectu conservatoriis finistorum horum effectuum eventui ansa præbeatur, ita ut stagnationem, stasium repagula non re sed occludantur, & transitus fiat, dum effectus effectum trudit, in oppletiones, inflammatorio-putredinosam corruptionem, consumptionem, ulcus, &c. §. VII. sub fin. Vti in aliis herculeis adfectibus res eodem eventu procedit, ubi opus suum alacris adgreditur, aut ubi prioribus ausibus excidit, prælium redintegrat, rebus sæpe in pejora ruentibus.

§. XXII.

Hunc finalem tussis respectum rident quidam
non-

nonnulli medicorum, criminanturque psychologi medici principium, quod sit principium ideale, morale, remotum, ex quo apta serie, et comprehensibili modo nihil explicari, deduci, resolvi, sciri, intelligi, demonstrari, quod neque ceu axioma, vel theorema assumi possit, consequenter nihil aliud sit, quam ignavi sæculi medici solatium, & asylum; contra vero statuunt, quod materiæ acri, qua ceu gladio delphico in omnibus rerum medicarum phænomenis, effectibus, eventibusque explicandis utuntur, tribuenda tussis sit. Sic enim tussim derivant a sero lymphatico-falso aut acido, aut alio humore acri, erodente, a pituita, aut humore viscoso plus minus acri, halitibus & fuliginibus intemperatis, sanguine pulmonali extravasato, pure effuso, pulvere aut fumis sub inspiratione admissis, vermibus, calculis, concretionibus gypseis in pulmonibus genitis, a tophacea, calcarea materia in iis contenta, abscessibus, tuberculis pulmonum, quæ vel pure fceant, vel instar steatomatum sebaceum concrementum recondant, porro ab humore lutulento, inflammatione, suppuratione eorum, a materia seroso-scirrhoso mucida, a stagnatoria congestione humorum circa pectus, a polyposis massis, cruore coagulato in pulmonum vasis, aëre inclementiori, potu frigido, alimentis vel medicamentis acribus adsumtis, vicinis partibus morbose sese habentibus, vel ab aqua simplicissima in asperam arteriam illapsa, & quæ sunt aliæ causæ, quæ in Observat^{on}ibus, qui valetudinum causas oculata fide recognoverunt, prostant. Conf. etiam J. M. HOFFMANN. *Disquis. C. H. Anat. Patholog. spec. XIII.* §. XXIII.

§. XXIII.

Huic materiæ tantam agendi potentiam tribuunt, ut tunicam, quæ bronchia cingit, glanduloso - nerveam, & pulmones perpetuo irriter, stimulet, laceffat, & ad motus ejusmodi spastico - convulsivos totum pectus cum connexis conquassantes sollicitet.

§. XXIV.

Quanquam autem materiæ in pulmonibus hospitanti suæ qualitates *physicæ* irritantes & molestum *sensum* efficientes non denegentur, motum tamen minime proferre possunt. Cumque sanctioris animalis corpus *non sit corpus solitarie physicum, & physice mixtum*, sed VIVUM, hinc principio inorganico gaudet, uti omnium in statu naturali motuum, ita etiam motus illius vitalis, tonici dicti, causa, per *princ. medic. organ.* jamjam demonstrata. Cum porro tussis sit motus spasticus, spasmus autem motus tonicus præternaturaliter auctus, hinc sequitur, causam motuum ordinariorum esse etiam causam motuum præternaturaliter auctorum, ergo excludatur necesse est aliud agens, quod hunc motum ceu novum superaddat.

§. XXV.

Desudant secus statuentes in probando fiendi modo, qui nimirum fiat, ut materia actionem in corpus nostrum edat, & mutatum motum lege necessitatis mechanicæ, partibus præsertim nervosis, nervoso - membranaceis superaddere possit. Omnes probationum arietes mutantur ex *systemate philosophiæ corpuscularis, & atomisticis principiis*. Sicut vero harum

C

proba-

probationum insufficientia a summis in medicina viris satis demonstrata: ita in praesenti materia contrariae sententiae haud accedere possumus.

§. XXVI.

His itaque missis ad princeps dissertationis meae momentum, *cur in phthisi consummata interdum tussis nulla sit*, devolvor.

§. XXVII.

Cum secundum notissimum canonem philosophicum nil sine sufficienti ratione fiat; hinc in perscrutanda & enucleanda hujus rari phaenomeni causa, ex superioribus quaedam repetenda veniunt. Constat autem ex §. XVI. quod quidem plura organa sint, quae ut instrumenta, ut partes officiales & praeministreae ad tussim efficiendam concurrunt. In primis tamen *pulmones* sunt primarium illud tussis instrumentum. Quemadmodum vero secundum principia mechanica ad effectum certum producendum certa, justa, & effectui respondens partium omnium compositio, earumque justa conformatio requiritur: ita actione instrumenti rite conformati posita, ponitur effectus machinae conformiter fiens, & qui ex ipsius structura explicari potest, partium vero conformatione plus minus laesa, aut destructa effectus laeditur, aut nullus consequitur. Cum itaque pulmones, motus mechanico-organici accessu, primaria spirandi officina, attrahentes ac reddentes animam, fante sic PLINIO, & per definit. tuss. §. XVI. exspiratio vehemens, facto prius aëris haustu, tussiendo actus absolvatur, pulmones porro in phthisi consummata excipiendo aëri non amplius

amplius apti, sponte sua sequitur, quaenam sit causa absentiae tussis, nimirum organi destructio.

§. XXVIII.

Uterius in hocce phaenomeno probando progredi fas est. Natura corporis sui conservandi, a laesionibus praeservandi, & si laesum fuerit, redintegrandi studiosissima, nocentium, nociturorum providentissima, animosa insurgit pro vindicanda omnium partium integritate. Si itaque in hac vel illa parte, praesertim ob functionis dignitatem, aut vitae conservandae necessitatem, nobiliori, sensu vitali indice, hostem deprehendat, peripherica corporis loca autocratico solidorum moderamine constringit, & versus loca interiora, selecta, in primis periclitantia, sanguinis & humorum massam dirigit, v. g. *pulmones*, eum quidem in finem, ut materialem noxam ibi nidulantem, ceu hospitem malum ibi commorantem, tristemque eventum interminantem de loco deturbet, aut discutiat, resolvat, & sic sequiorem redditam emolliatur, ad quam emoliendam tussi utitur. Si vero post copiosorem humorum adfusionem, spasmis periphericis mediantibus, salutarem in finem factam, *spe boni exitus*, aut materiae culpa nullo labore expugnabili, aut organorum vitio motui amplius minus aptorum, *cadat*, iuste omnino, tentatis omnibus viribus, & nullo superstiti praesidio eluctandi, vel *consilium abjicit*, continuatione irritorum conaminum desistit, desperabunda motus suspendit, vel continuis defessa motibus succumbit, & actiones vitales languide

de administrat, *tussim mittit, pulmones relaxat*, ut deinde indomitae morbi vi direptioni sint.

§. XXIX.

Nunc dicendorum ordo me vocat ad *casuum* consimilium commemorationem. Non tantum rationibus pugnare, sed & experientiae suffragium in subsidium vocare par est. Et non destituor ejusmodi casibus, qui hactenus rationibus firmata, experientiae fide & eventu comprobant. Sic magnum illud inter observatores nomen, BONETVS *sepulchr. Anat.* sequentem allegat casum: *Insigne pulmonis ulcus citra dolorem & tussim T. I. L. II. Sect. VII. Obs. 97.* hac subjuncta epicrisi: „Si in parvam quandam pulmonis regionem secedit, illic putrescit, sensimque mutatur in pus, ac per summa siccescens sibi cystin efformat, aut parietes callosos obtinet, ob cystin nihil exudat, neque dispnoeam causatur, quia procul abest a tracheae ramis insignibus, nec pulsus mutationem infert, quia arterias leves non comprimit. Ante quatuor, & quod excurrit, lustra, juvenis quatuordecim annorum in orphanotropheo phthisi, & commonstrante id cadaveris sectione, consummata mortuus est, qui intra suae pthiseos, periodum nullos tussiendi conatus, sed tantum difficillimam respirationem expertus est. Facta sectione ne minimum quidem pulmonum vestigium apparebat. Inter maxime notabiles hujus census casus recenseretur casus consiliarii cujusdam intimi, *νῦν ἐν ἀγίοις*, ab Ill. PRAES. communicatus, ut huic disquisitioni inferatur. Quae ex secti cadaveris historia huc spectant, sequentia sunt: Cavitate thoracis ad-

„perta

„perta aquae copia tres cyathos fere æquans conspicie-
„batur. Tota pulmonum substantia flaccida reperta,
„multis maculis sublividis & nigris interspersa; prae-
„sertim lobi dextri pulmonis ejusmodi maculis nigri-
„cantibus, & in acumine albicantibus obsessi erant.
„Hi lobi discissi materia saniosa & spumesciente scate-
„bant, globulis mucido-scirrhosis, scirrhis intermix-
„tis; ^{versus} marginem, & in margine albescentem refere-
„bant colorem. Ex quibus elucescit, *B. defunctum* hy-
drope pectoris non tantum laborasse, sed & phthisi
consummata decessisse, superveniente tandem apople-
xia, horam decretoriam accersente. Quod vero phthi-
sis in apoplexiam desinat, tam inusitatum non est; pro-
stant enim casus paralleli non pauci: *Apoplexia cito*
interimens, cerebro omnino salvo, & incolumi, solo vi-
tio in pulmonibus adparente, BONETVS l.c. T.I. L.
I. Sect. II. Obs. 57. *Apoplecticus, in quo splen putri-*
us, pulmones purulenti, &c. ib. Adi ad Sect. II. Obs.
9. Notatu autem dignissimum phaenomenon ad-
huc commemorandum in hoc casu, est, quod *B. de-*
functus in morbi decursu *nunquam tussiens*, sed asthma-
te paroxyzante multum afflictus observatus fuerit.
Non displicebit binorum casuum, prope consimilium,
adpositio, quorum STAHLIVS in *Diss. de Phthisi p.*
„28. *sqq.* mentionem facit. In cadavere illustris ado-
„lescentis octo scirrhosos nodos magnarum avella-
„narum mole in pulmonibus reperit Autor, quo-
„rum plerique in meditullio exhibebant granum to-
„phaceum seminum cannabis instar; reliqua ipsorum
„consistentia ita tenax & firma erat, ut nude dissol-

„vi, & absque corruptione in ulcus, cum vesicula-
 „rum, quas aequae ac vasa & tubulos involvebant,
 „integritate, discuti impossibile fuisse adparet. Hic ju-
 „venis interdum quidem tussiebat, verum ita parum
 „& obiter, ut vix unquam tres aut quatuor exiguos
 „tussis sonitus elideret. Alter casus hanc ob circum-
 „stantiam aequae notabilis sequens est: Juvenis qui post-
 „modum vulnere pulmonum obiit, gerebat scirrhum,
 „magnae avellanæ quantitate, qui superficiei pulmo-
 „nis ex uno latere connexus, illam ex loco corruga-
 „verat, intus autem duram, densam substantiam refe-
 „rebat, in cujus medio tenax mucus cum aliquot exi-
 „guis granis strophaceis hærebant. Hic juvenis, quan-
 „tum ejus cognati meminerant, neque questus erat
 „unquam de ulla circa respirationem alteratione, ne-
 „que poterat recordari, quod illum a longo tempore
 „frequentius, aut fortius tussientem audiverint.

§. XXX.

Probationem hujus phænomeni virorum quo-
 rundam. practicorum ob signo *testimoniis*. Sic STAHLIUS: *Tussunt* (phthisi actuali laborantes) *vix non omnes*. *Diss. de Phthisi c. 3. p. 14.* LANGIUS: *Phthisi- cum pectus sine tussi vitæ terminum annunciat*, *Misc. cur. 9. & Illustr. PRAES. Tussunt fere omnes phthifici*, *Consp. Pract. Tab. de Phthis.* Ex quibus sat luculenter appa-
 ret, viros hosce *πρακτικοτάτες* phthificos quam pluri-
 mos tussientes observasse, non tamen omnes, ita ut, si
 calculum circiter subducere liceat, tussientium phthi-
 ficorum numerus cum non tussientium numero col-
 latus sit ut 2. ad 100.

§. XXXI.

Ante quam filum hujus tractationis abrumpam, *dubio* obviam eundum est: si ob rationes §. XXI. & XXIII. allegatas in phthisi consummata nulla tussis, lege justī ratiocinii sequi videtur, causis hisce præsensibus non INTERDVM, sed SEMPER *phthisin* SINE *tussi* esse debere; Certe! miraculo simile esset, pulmonibus, ceu tussis organo, destructis tussire posse. Siminus, causæ allegatæ insufficientes, nullo fundamento nixæ, commentitiæ, perperæ, & meræ volaticæ opiniones sunt. Insuper nubes casuum vel ex BONETO tantum in scenam produci potest, qui phthisin, eamque consummatam, tussi individua comite sistunt. Resp. Negatur consequentia, salva utriusque generis casuum fide. Licet pulmones primarium tussis organum sint, §. 16. 17. & illis destructis, nulla amplius tussendi, & extussendi actio, §. 26. tamen *remanet aliqualis pulmonum actio* in phthificis usque ad ultimum vitae halitum, sensu iudice, teste vita, durante hac licet aliquali, exigua, & vix sensibili pulmonum actione, *tussicula levissima*, pro gradu actionis pulmonum adhuc superstitē, *continuari potest*. Cum vero contrarium, licet rarissime eveniat, exinde concludendum; quod tussis non causis mere physico-mechanicis, sed moralibus, & motu mechanico-organico pendeat, §. 27. si haec tussis causis moralibus pendet, porro constat, quod quidem *principium vitale omnium motuum praesidium gerat*, ita ut illorum ministerio, justo ordine, tempore, gradu in processu vitae & sanitatis ad sui conservationem utatur, & in statu praeternaturali,

rali, methodos subveniendi, organa, media obtinendo fini eligat, eademque electa applicet. Sed *varietas animorum*, discrepantia individuorum *plurimum differentiae sistit*. Hinc in aliis placidum, in aliis citatum motuum moderamen observatur, in adhuc aliis lapsu satis pigro undae purpureae progrediuntur. In statu dein praeter naturam diversa principii agentis activitas. Nunc in methodis subveniendi, instrumentorum, organorum selectu, applicatione, nunc in gradu, modo, ordine, loco, viis, tempore variat; in his vel illis subjectis multa praecipiti raptu fiunt, in aliis tergiversando munia obit. Si proxime dicta ad nobilissimum viscus, pulmones, eorumque statum praeternaturalem accommodanda sunt, *non semper eadem illius conservandi methodo utitur*. In aliis enim, & quam plurimis tussi debellandi mali medio utitur, eique ad ultimum vitae halitum adhaerescit; licet enim organi, medii bene gnarum, praevideat, finem obtentu esse difficillimum, vel impossibilem, tamen constat, quod post lapsum agens microcosmicum non ita absolute in omnibus vitae & sanitatis, praesertim redintegrandae negotiis congrue, proportionate officia sua exsequatur. Et cum saepe saepius bonae intentionis comes, & tandem pedissequa putredo fit, putredo tam nobilissimi visceris, putredo, quam per longum annorum tractum uno motu saepe avertit, & avertere jugiter intendit, quamve mirum in modum abhorret, ulterioris tentaminis iusta succedit neglectio, & totius tragoediae.

VIRO IVVENI ELEGANTER DOCTO

CANDIDATO DIGNISSIMO

GEORG. FRIDERICO FABER

MVL TAM PRAECATVR FELICITATEM

PRAESES.

Perlustrando, CANDIDATE CLARISSIME, dissertationem TVAM inauguralem, rationes de tussis aliquando absentia in phthisi consummata sufficientes quidem deprehendi; quid vero causae sit, quod, uti in aliis phthificis, videatur BONETVS Lib. II. Anatomiae practicae Sect. VII. ita in casu a TE allegato, pectoris quoque hydrops insimul adfuerit, utrum phthisis antecesserit an hydrops, utrum vero morbus uterque uno eodemque tempore invaserit aegrotum, de eo quidem in praesenti differere non voluisti. Dicamego breviter, hac de re quid sentiam. Quamprimum stasis quaedam sanguinis oritur in pulmonibus, quae in periculosam substantiae pulmonalis corruptionem lentamque corporis extenuationem facile abire possit; natura medicatrix duobus potissimum armis, fluidis partim, partim vero solidis, huic malo obviam ire solet. Dirigit nempe humores copiosissime versus pulmones, ad stasin ibi collectam discutiendam, resolvendam, abstergendam; tonum vero partium solidarum vehementer auget, adeoque per ipsam tussim staseos resolutionem non solum juvare, sed etiam materiae mucidae discussionem & ex

D

pulmoni-

pulmonibus proscriptionem, variis motibus facilitare adlaborat. Quo fine suo natura si potitur, veram pulmonum exulcerationem praecavet, & pht hisin inde imminuentem, ipsamque mortem praematuram satis provide avertit. Quod si autem hostis aliquando fortior fuerit ipsa natura, ita, ut stasis in pulmonibus collecta, in veram corruptionem, & lentam corporis tabem abeat; fieri aliter nequit, quam ut tono pulmonum, cum ipsa pulmonali substantia, penitus destructo, latex ille serosus, quem provida natura in finem discussorium, resolutorium, abstersorium ad laesum viscus percolando transmittit in ipsam thoracis cavitatem, copiose defluat, ibique aliquando collectionem serosam efficiat, quam hydropem pectoris adpellare solemus. Ita pht hisis omnino praecedit, & hydrops pectoris sequitur. Vides, CANDIDATE DOCTISSIME, hydropem pectoris, pariter ac ipsam tussim, neutiquam mere passive, ut alii volunt, esse explicandam, sed utrumque tamquam symptoma activum ita omnino considerari debere, ut semper ad finem istum naturae salutarem respiciamus, cum nempe humores ad viscus laesum copiosius dirigat, motumque istum discussorium, seu vehementem & sonoram expirationem excitet, ad resolvendam nempe & evacuandam materiam aliquam molestam, quae majus forte periculum successu temporis facile producere possit. Sed accedo jam ad TE, CLARISSIME CANDIDATE, in cujus gratiam has ipsas literas exarare volui. Cursum TVVM medicum, quem aliquot abhinc annis, literis elegantioribus antea probe imbutus, in Academia Tubingensi strenue inchoasti, in nostra Fridericiana ad finem tandem exoptatum perduxisti. Cumque non solum examina consueta in nostro Medicorum ordine fortiter susti-

sustinueris, sed & nuper modo in subselliis opponentium
virum TE praestiteris; nullus plane dubito, TE etiam
inauguralem TVAM dissertationem ita fore defensu-
rum, ut dignum TE praebeas, cui summi in arte salu-
tari honores ex merito conferantur. Gratulor TIBI
TVISque omnibus honores hos ex animo, DEVMque pre-
cor, ut TE saluum & incolumem in patriam non solum
reducatur, sed & praxin TVAM medicam in multorum
aegrotantium salutem cedere jubeat clementissime. Va-
le CANDIDATE CLARISSIME, resque TVAS omnes
age feliciter. Scrib. in Acad. Fridericiana
ad d. VII. Februarii 1744 CCXLIV.

Mein Herr!

Der Lorbeer-Cranz der heylsamen
Hygäen

Wird unvergleichlich wohl auf ihrer Scheitel stehen:
Weil Tübingen und Hall die grosse Gaben wissen,
Wodurch sie, weil sie sich aufs rühmlichste beflissen,
Zu grosser Wissenschaft mithöchstem Ruhm gelanget,
Die nunmehr mit dem Lohn verdienter Ehre pranget.
Sie sind ein Freund von mir in Tübingen gewesen,
Dahero werden Sie in diesen Zeilen lesen,
Daß ich aufs zärtlichste mich Ihres Glücks erfreue,
Und nun aus Redlichkeit der Wünsche Beyrauch
streue.

Gott segne Ihre Kunst mit stetigem Gedenken.
Nun bitt ich Ihre Gunst mir ferner zu verlenhen.

Seinem in Tübingen gewesenen Hochge-
schätzten Academischen guten Freund
sendet dieses Denckmahl seiner Hochach-
tung unter herzlichem Glückwunsch zu der
erlangten höchsten Ehre in der Arzney-
Kunst

Christoph Paul Beger,
Med. Lrus.

Dorten an dem Neccar-Strand
Freund in Deinem Vaterland
Hat es mir erwünscht geglücket
Daß ich Dich zuerst erblicket.

O wie frölich waren wir,
Als zwen Beger neben Dir,
Bey dem Weltberühmten Greisen,
Unserm Creuling Fonten speisen.

Da ich nun in Halle bin,
So genieß ich den Gewinn,
Daß ich Dich zum Landsmann habe,
Und an Deiner Gunst mich labe.

Trotz dem! der mein Glück nicht preißt,
Da es mir die Gunst erweist,
Daß auf Preussens Pindus Spitze
Ich bey meinem Faber sitze.

Wie erfreuet bin ich nicht
Da man Dir die Cränze flicht,
Dich mit andern Phöbus Söhnen
Nach Verdiensten zu bekrönen.

Wie erfüllet nicht die Lust
Deines grossen Vatters Brust?
Da er nun an Dir erlebet
Wie Dein Wissen Dich erhebet.

Gleiche Freude rühret mich,
Werther Faber inniglich
Daß ich Dir indem ich singe
Tausend treue Wünsche bringe.

Die erhaltene Lorbeer-Cron,
Du geschickter Muses-Sohn,
Bleibe, meiner Andacht wegen,
Immer in verjüngstem Segen.

Kommst Du in Dein Vaterland,
So erinnre Dich der Hand,
Die aus wohlgesinnten Trieben
Diesen Wunsch hieher geschrieben.

Zeige dem berühmten Mann
Deinem Theuren Vater an,
Daß ich an Ihm Amt und Lehre
In der grösten Demuth ehre.

Hiermit empfiehlt sich dem Hochgeehrten Herrn Doctor, seinem
schon in Tübingen gewesenem Hochwertbesten Tisch-Compagnon,
und besonders Dessen Herrn Vatters Hochwürden, unter herrs-
licher gratulation zu der erhaltenen höchsten Academischen Ehre,
zu respective immerwährender hoher propension und geneigtes-
ten Andenken

Sebastian Friedrich Beger, S.S. Theol. Stud.

So kommst Du, Freund, dem Ziele nahe,
Das längst Dein Fleiß von ferne sahe,
Und siegreich nun erstritten hält;
Dem Ziel, zu dem auf saurer Reise,
Nur Kluge wandern, und nur Weise:
Du nüttest Dir, und dienst der Welt.

Dies ist der Zweck, nicht feiger Seelen,
Die nur nach eignem Vortheil wählen,
Die Lob und Ruhm nicht einmal rührt:
Es ist der Zweck weit reinrer Triebe,
Die Großmuth, Pflicht und Menschen-Liebe,
Auch ohne Lohn und Vortheil führt.

O glücklich's Loos! für Sorg und Mühe,
Wem einst sein Schweiß so schön gediehe,
Daß er der Welt zu nützen weiß!
Den reut nie was in vielen Jahren,
Er überstrebt, gethan, erfahren,
Dis Lob geht über Lohn und Preis.

Freund, Dir ist's so erwünscht gelungen,
Der Schmuck, der Deine Stirn umschlungen,
Zeigt Dir jetzt zum Verdienst die Bahn;
Er giebt Dir Schutz und Recht, der Erden,
Ein andrer Aesculap zu werden,
Ja mehr zu thun, als er gethan.

Dazu salbt mit geweihter Rechte,
Hygea Dich zu ihrem Knechte,
Und giebt Dir ihrer Priester Zier.

Wilst Du sie treu und würdig tragen;
So laß die Welt einst von Dir sagen:
Sie liebte Dich, du dientest ihr.

F. A. Schwarz.

Hochwerthgeschätzt: geehrter Freund!
Da heut der frohe Tag erscheint,
An dem wir Dich als Doctor ehren,
Womit soll ich Dein Lob vermehren?
Daß ich auch meine Schuldigkeit entricht,
So wie es höchst erfordert meine Pflicht.
Diß weiß ich, ist schon ausgemacht,
Daß Dein Sinn nicht auf Worte acht,
Da Du mein Herze lerntest kennen,
Am öfftern Würtembergern nennen,
Was ich vor viele hohe Gunst und Gab
In Hall, von Ihnen anzupreisen hab.
Was Hoffmann, Oslander that,
Was Geuder, Bühler, Hesse hat,
Nebst Seegern und von Breitschwerdt immer
An mir erzeigt, vergess ich nimmer.
Und wie bey Schweizern ich ein ganzes Jahr,
So herz-freundwilligst aufgenommen war.
So herz-erkenntlichst danck ich auch,
Biß an mein'n letzten Lebens-Hauch,
Vor Dein' besond're Freundschafts-Triebe,
Vor Deine ungemeine Liebe,
Da Du mich, ohnerachtet aller Last,
Ein halbes Jahr zu Dir genommen hast.

Der

Der Höchſt' der alles Guts ergänzt,
Der heute Deinen Fleiß befränkt,
Der ſey mit Dir auf Steg und Wegen,
Und cröne Dich mit Gnad und Segen,
Daß Deiner Curen Krafft, bey Arm und Reich.
All' Kranckheit, Weh, und Ungemach entweich.

Hiermit wollte ſeinem hochgeehrteſt- und ſehr werthgeſchätzten
Herrn Landemann, und geweſenen Stuben-Freunde ſich
zu fernern geneigt-gütigſten Ungedencken und beſtändiger
Wohlgewogenheit ergebenſt-gehorsam empfehlen

Desselben

ſchuldigſt-verbundenſter Diener

Chriſtoph David Mann,
Opponens.

Errata.

p. 5. l. penultim. phthiſi, leg. phthiſis pag. 6. §. VII. l.
12. excellendi, leg. exedendi.

